UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De s[an]cto Vinc[en]tio co[n]fessore. Cap[itulum]. lxxi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

iuueni prebētes amplexus: extunc ſanctū eius propoſitum virtutis vtriuſqꝫ firmauerūt. Poſt hec ab athenis diſcedens maris tempeſtatē patitur: ſeqꝫ deinceps deo ſeruiturū vouens lr̄is diuinis imbuit: ⁊ defuncto patre eidē in nazanzū pontificiū ſubrogat. ¶ Mortuo aūt imperatore valēte arriano: cuius ſecte gregoriꝰ gladio fidei viriliter reſiſtebat: ad conſtantinopolitanā eccleſiā gubernandā aſſumit: vbi ꝑclara doctrina floruit ⁊ exemplo. Inter ceteros autem fidei pugiles: quos ſapiētie vberibꝰ enutriuit. Hieronymū ſanctiſſimū almū eccleſie doctorez in diuinis ſtudijs habuit auditorē. Verum duz perfidoꝝ emulationes ſenſiſſet inuidie contra ſe liuore ſubortas: relicta regia vrbe ad eccl'iaz ſuam primā nazanzi um rediit: ibiqꝫ doctrine ⁊ orationi intētus vite reſiduū exegit: ibidemqꝫ ſepultus. Inde corpus eius cōſtantinopolim ꝓceſſu tpis tranſlatum eſt. Quieuit in pace idibus ianuarij tpe theodoſij ſenioris. ¶ Hic eloquentiſſimꝰ doctor plures cōpoſuit tractatus: de quibus rufinus Aquileieñ. pſbyter decē ex greco in latinū vertiſſe eloquium aſſerit. Hunc quoqꝫ .xxx. miliū verſuū omnia opera ſua cōpoſuiſſe Hieronymus tradit. Ex quibꝰ hec ſunt: De morte fratris ceſarij. Machabeoꝝ laudes. Athanaſij laudes. Laudes Maximi philoſophi: quē librū quidam falſo ironiā vocant: quia extat alius vituperationē eiuſdē maximi continens. nam licuit eūdem laudari ⁊ vituperari ꝑ tēpore. Edidit ⁊ librū heroico carmine virginitatis ⁊ nuptiarū contra ſe diſceptantiū. Aduerſus ennoriū duos libros. De ſpūſancto vnum. Contra iulium imperatorē vnū: ⁊ alios plures. Hec Hieronymus de viris illuſtribus.

¶ De ſancto Firmino martyre. Cap. lxx.

Firminus martyr ſus fuit tempore paganorū: ſub qua tamen perſecutione vel iudice: aut quibus ſupplicijs interēptus ignotū eſt. Et ſepultꝰ fuit in ambianenſiū ciuitate: locus tamē vbi requieſceret ignorabatur. Tempore autem ſancti Saluij epiſcopi corpus eiuſdē martyris repertum eſt. Nam cum idem epiſcopus vna cum clero ⁊ populo triduo ad dominū exoraſſet: vt eis corpꝰ ſancti martyris Firmini reuelaret: nimio odore fragrante et lumine immenſo celitus ſuper locū effuſo: defoſſa ibidez humo corpus ſacrum inuentū eſt. Ad quē locū ciuitates charoañ. cenomañ. nouioñ. ⁊ bobacū eodem odore conſperſe ad viſendū corpꝰ martyris concurrerūt: quod ab epiſcopo leuatū ad eccleſiā condigno honore tranſlatū eſt. In cuiꝰ tranſlatione glaciale frigus: videlz mēſe ianuario in eſtum maximū cōuerſum eſt. Arbores nudate ſubito frondes ꝓtulerūt ⁊ flores: de qbus egri ſumētes ſanabant. Factum eſt autem hoc idibus ianuarij: nam dies paſſionis martyris: ſicut ⁊ cetera incognitꝰ eſt vſqꝫ in preſens.

¶ De ſctō Viuētio cōfeſſore. Cap. lxxi.

Viuentius cōfeſſor ſamaritanis parētibus ⁊ paganis ortus eſt: qui ad ꝑdicationez ſancti Georgij apud antiochiam chriſtū annūciantis conuerſus eſt tempore ꝯſtantini imperatoris. Deinde ſacerdos factus: monitꝰ ab angelo theſſalonicam venit: vbi idola Datiani preſidis ſigno crucis edito contriuit. Filiamqꝫ eiuſdez eupatronam nomine a demonio liberauit: ⁊ cum ducentis baptizauit. Poſt hoc cum ſancto benedicto epiſcopo romam perrexit: quibus dum in via cibaria defeciſſent: piſcis eis de mari in littus proſiliuit qui per hebdomadam illis ſuffecit. Quos etiā beatus hilarius pictauieñ. epiſcopus rediens ab exilio: obuios habuit: ⁊ ſecum duduz viuētium retinuit. ¶ Hic aliquādo in ſex latrones incidit eum perimere volentes: quorum vnus ſe gladio tranſuerberauit: ſecūdus ad quercū ſe ſuſpendit: tertius arreptus a diabolo expirauit: quartus oculos amiſit: quintus rabie manus et brachia dētibus lacerauit: ſextꝰ ſe in mare precipitauit. Et cū eēt btūs viuentius annorū .cxx. in pace occubuit apud caſtrum grauiorem idibus ianuarij. Cuiꝰ corpus ſanctus Maxentius abbas ibidem tumulauit. inde poſtea tranſlatum in montem vertiacū: vt dicit frater vincentius.

¶ De ſanctis quadraginta militibus martyribus. Cap. lxxij.

Quadragita milites ex tēporali tyrocinio ad xp̄i militiam tranſierunt. Qui omnes rome via lauicana ſub imꝑatore galieno pro confeſſione fidei decollati coronas martyrij a dn̄o ꝑcipere meruerunt idibus ianuarij: vt dicit ado.

¶ De ſancto Felice preſbytero ⁊ martyre in pincis. Cap. lxxiij.

Felix pſbyter ⁊ martyr pronomine dicit' i pincis a ſubulis quibꝰ paſſus perhibet'. nā pinca dicitur ſubula: naz cum magiſter pueroꝝ extiterit: ⁊ eis nimiū rigidus fuerit: tentus a paganis cum chriſtū libere confiteret': traditus eſt in manꝰ puerorū: quos ipſe docuerat in eccleſia: quem ipſi cuz ſtilis et ſubulis occiderunt. Qui paſſus eſt rome xix. kalendas februarij.

¶ De ſctō Felice pſbytero ⁊ mar. Cap. lxxiiij.